év alatt meggazdálkodott kamatai- és egyéb lyceumi jövedelmekből. De nem is találjuk célszerűnek, hogy 50,000 ft-nak kamata csak azért csatoltassék évenként a tőkéhez, mintha idővel nagyobb szerű javítások fordulhatnának elő. Hiszen a tető jól megóva századokig eltart. Tűzvész ellen pedig a biztosítás amugy is megvan. — Így tehát az említett kis pénztár s egyéb jövedelmi forrás is az évi szükségek fedezésére fordítható. — Azután a pécskereszturi vasut kiépítésével a lyceumi boltok is napról napra több haszonbért hozandnak, a nyomda már is a tevékeny buzgalmú igazgató ur gondoskodása folytán jelenleg 1200 ft. s egy év mulva 1600 ftot jövedelmezend. Ha jogi akademiánk leend, a tanpénz szintén növekedhetik; mert az ilyenmő tanintézeteknél a tanpénz fejenként minden tanulótól 10—12 forint lehetne, ezt a joghallgatók a legnagyobb készséggel fizetendék meg, csak hogy ne kellésék nekik távul eső városokba menni, tanulmányaikat végezni. Van azután reményünk, hogy az urbérkárptlási kötelezvények idővel szintén ki-sorsoltatnak, s ekkor a kamat 5-ről 6%-ra emelkedhetik. És ha mind e mellett megtörténék, hogy a pécsi lyceum jelenlegi pénzügyi állapota még egy kevés kívánni valót hagyna maga után, ne essünk kétségbe, — tudjuk a történelemből, — de az országszerte főálló nagyszerű tanintézetek, kolostorok, és templomok is bizonyoságot tesznek arról, minő áldozatokat hozott a nagylelkű magyar papság a vallás-, tudományok- és szépművészeteknek hazánkban, — tudjuk, midőn az egyházfők egyfelől a tar ellen vezérlének győztes sereget, másfelől helyetteseik által a szellem világa fölött örkdé- nek, e szent igyekezetet örökség gyanánt tartá fön a jelenlegi honát szerető papság is, legyünk tehát őszinte bizalommal irányukban, mert a remény táplál minket, hogy kérdéses tanintézetünknek is legéberebb öre ő méltósága a pécsi püspök ur, — a tettekben ez ideig is már oly gazdag ft. pécsi káptalan lelkes tagjai, — kiket részint ifjúkori emlékek kötnek lyceumunkhoz, kiknek részint a kegyelet és áldozatkészség már előre dagasztja nemes keblöket, várva várván a megnyilandó alkalmat, hogy édes hazánk javára e részben is meghozhassák üdvös áldozatukat; — itt van még Pécs városa lelkes közönsége, mely ez ideig sem rettent vissza semmi áldozattól, melyet a tudományoknak hoznia kellett, sőt hogy míveltségének hévmérő- jét megmutassa, szeretjük hinni, miként annak idejében a lyceum ügyében is a tettek mezejére lépend ki. — Hinni akarjuk még, hogy az áldozatkész- ség a lelkes Somogy példájára Baranyában és a szomszéd Tolnában is fog nyilatkozni, s ha hön tisztelt hazánkfia Somsich Pál ur ezreket gyűjtthe-

tett a kaposvári gymnasiumra, van reményünk, hogy a pótlék, ha szükségeltetni fog, saját javunkra, édes fiaink szellemi kiképeztetésének eszközzésére egybe fog gyűlni, de erről tüzetesebben a maga helyén szólandunk. Tehát enynyi való és szép remény után nem kétkedünk lyceumunk megnyitásán!

Leirtuk tehát a pécsi püspöki lyceum érdekében mindazt, amit ennek eredeti rendeltetéséhez való visszavezetésére nézve, a boldog emlékű alapító szent szándékához képest a jelenlegi körülmények között legjobbnak, legméltóbbnak gondoltunk!

Azonban nem csak a lyceum, hanem a pécsi gymnasium kérdéséhez is vágyódunk hozzá szólni.

A pécsi gymnasiumra vonatkozólag az ez évben megjelent ft. zirc-cisztercita rend névkönyvében a következő adatokat olvassuk: „Jesuitae statim post expulsos Turcas Quinque-Ecclesiis, ubi sub Dominatu Turcico se impavidos exhibuerunt Evangelii praecones, pio aere Georgii Széchenyi Archi-Episcopi Strigoiensis fundos quospiam Moscheae Turcicae contiguos compararunt. Foundationem Széchenyanam 50,000 florenorum Leopoldus Rex anno 1699. confirmatam 1702. pago Görcsöny locupletavit, Moscheae in usum sacrorum nostrorum accomodatae, contiguum erexerunt — adhibitis ad id coemeterii turcici lapidibus — collegium; mox scholas grammaticales, et Humanitatis cum sodalitate introduxerunt. Sublata tardius societate, Scholae reapplicatis ad Cathedras dissolutae Societatis membris integrae perstiterunt. Systemate Literario Anni 1777., quo districtus Quinque-Ecclesiensis surrexit, Gymnasium hoc encomio Archi-Gymnasii auctum est, anno 1785. Academiae Jaurinensi usque ad annum 1802., postea annonae et saucio militi praebuit, serius vero curae virorum saecularium concreditum est. Anno demum 1813. S. Ordinis Zirczio-Cisterciensium Benig. Grat. Collatum Gymnasium cum Ecclesia, item et Collegio Jesuitarum, quod e tribus domibus religiosis per Augustissimum Regem designatis, Paulinorum nempe, Dominicanorum et Jesuitarum praeplacuit. Sicque Professores ordinis Cisterciensis anno 1814. die 7. Novembris per Mich. Antonium Paintner praesentibus I. I. Stat. et Ord. Comitatus Baranya solemniter introducti sunt..... Professores Gymnasii e Collegio in contubernium militum mutato, exturbati, in Lycei aedificium illocati usque 1855. numero sex docuerunt. Abhinc tres sunt ex Ordine Professores et tres supplentes, qui ab Ordine solvuntur.“

De lássuk a ft. zirc-cisztercita rend visszaállítására vonatkozó két rendbeli okmányt:



20787.

„Nos Franciscus secundus Dei gratia electus Romanorum Imperator semper Augustus Germaniae etc. etc. memoriae commendamus tenore praesentium significantes quibus expedit universis : Quod nos pro paterna, qua promotioni cultus divini et rectae iuventutis educationi ac institutioni benigne prospectum esse volumus, Abbatiam B. M. V. de Pilis et Pásztó cum eo pertinentibus universis foundationalibus, bonis, signanter bonis Pásztó, Szántó, item Csákány, et quidem in bono Pásztó cum appertinentiis suis oppido nimirum Pásztó : Hevesiensi, et praedio Nádasd Neogradiensi comitatibus, nec non iure pignoris possessis portionibus in praedio Tepke, possessionibus item Nagy Bárkány, Csecse et praedio Almás comitatui Neogradien., denique in possessione Hasznos Hevesiensi, Sóós Hartván vero Neogradien., ac praedio Muszla itidem Hevesiensi comitatibus ingremiatis, in bono Szántó vero, ex integris possessionibus Szántó et Apáth-Maróth comitatui Hontensi adiacentibus consistente, denique in bono Csákány cum appertinentiis suis possessione quippe Csákány et praedio Szent-Péter vulgo Fierth-Feld appellato, comitatui Pisoniensi ingremiatis, nec non portione nauli Pisoniensis, ordinis Cistercitarum percharo regno nostro Hungariae in integrum restituendam, adeoque eam in plenum actuque praeeistentis fundi instructi possessorium cum omni illo iure, et privilegio, sicut tempore suppressionis praefuerat, consequenter capitales etiam summas eidem ablatas, cum pretio venditarum medio tempore realitatum, librorum item et sacrae suppellectilis una cum literalibus documentis reponendam benigne decreverimus sequentibus tamen sub obligationibus : Primo, ut abbas ordinis Cistercitarum de Pilis et Pásztó per nos clementer denominandus, huiusque successores in foundationalibus suis bonis, parochias et locales capellanas idoneis animarum curatoribus absque ullo fundi sic dicti religionarii aggravio providere teneantur. — Secundo, ut ordo iste gymnasium Agriense eo, **quo ratio literarii instituti deponset**, idoneorum Professorum numero e proventibus abbatiae ita providere teneatur, ut ex eorum servitio fidelis etiam populus spirituale capiat emolumentum. Tertio, ut abbas eum alat religiosorum numerum, qui tam cultui divino cum decore perficiendo in ipso residentiae loco, quam et animarum curae in propriis bonis et **gymnasialis iuventutis institutioni iuxta praescriptum literarii systematis sufficiat**, pro maiori autem domesticae disciplinae conservatione in loco gymnasii proprias aedes et ecclesiam habeat, ut pro regularis vitae ratione sub religiosa superioritate conformiter instituti sui regulis vivant; et ideo quarto, aedes et ecclesia Agriae olim ad Jesuitas, posterius autem Cis-



tercitas pertinens in statu bono adeoque debitis reparationibus praevis per concernentem fundum perfectis iisdem cistercitis resignabitur onere conservationis postmodum aedificiorum horum ipsos Cistercitas manente. Quinto, Professores prout et localem directorem in concredito sibi gymnasio e religiosis sui ordinis abbas pro arbitrio suo mutabit, et constituet, nec alter superiori studiorum directori in gymnasium hoc influxus conceditur, quam moderatae inspectionis, an nempe literaria institutio praescriptae Normae conformis sit? Sexto, cum autem literaria institutio iuventutis praecipua religiosorum horum posthac obligatio futura sit, abbas ea ratione religiosos educendos, atque praeoperandos habebit, ut sublimi huic scopo satisfacere possint, pro maiori autem religiosi huius ordinis vehiculo clementer indulgemus, ut clerici eorum completo vigesimo primo aetatis anno religiosam emittere valeant professionem. Septimo, praeter recensita onera Cistercitae ad fundum religionis annue nihil praestare tenebuntur, an? et quid fortificationis, praestare debeant, suo tempore pro iusto et aequo decidemus. Octavo, prout nunc abbatem de Pilis et Pászto denominandum benignis collationibus literis providebimus, ita futurorum quoque abbatum nominationem nobis successoribusque nostris legitimis Hungariae regibus ea lege reservamus, ut conventus tres candidatos praevis humillima cum supplicatione regiae proponere possit maiestati; eo praeterea subnexo, ut cum nonnulla ad ordinem Cistercitarum pertinentia bona intermedio tempore ex altissima ordinatione nostra in arendam locata et concernentes arendatores sub fide publica in possessorium arendale introducti habeantur, iidem arendatores ante evolutionem stipulorum annorum, donec contractuales conditiones rite expleverint, exturbari non possint; praeterea, ut activas in bonis huius ordinis praeeistentes, et sub possessorio fundi religionarii accumulatas restantias fundum hunc directe concernentes in quantum praevis liquidanda liquidatione seriem exigibilium ingredientur; ea ratione incassare teneantur, ut eadem cum quindecim per centuali falcidia titulo onerosae incassationis cessura in defigendis triennialibus ratis ad fundum religionarium inferantur, denique etiam pensionistae et fundationales missae, prout ante sublationem, ita nunc quoque huic ordini incumbent. Quapropter benigne praecipimus et mandamus, quorum interest, vel in futurum intererit universis, quatenus praesentem salutarem ordinationem nostram ad amissim observare noverint neque eidem quaqua ratione contravenire praesumant. In cuius maius robur perpetuamque firmitatem hocce secreto sigillo nostro, quo ut rex Hungariae apostolicus utimur

impendenti communitum extradandum esse duximus et concedendum benignum diploma nostrum restitutionale. Datum per manus fidelis nostri nobis sincere dilecti spectabilis, ac magnifici comitis Caroli Pálffy ab Erdőd, perpetui in Vöröskeő Aurei velleris, et una insignis ordinis S. Stephani regis apostolici magnae crucis equitis, comitis Poseniensis et comitatus nominis eiusdem supremi ac perpetui comitis, arcisque nostrae regiae Poseniensis haereditarii aequae ac supremi capitanei, camerarii consiliarii que nostri actualis status intimi, curiae nostrae regiae per Hungariam magistri, nec non per idem regnum nostrum Hungariae aulae nostrae, prout et dicti ordinis S. Stephani cancellarii, in libera regia civitate nostra Poseniensi die vigesima quinta mensis iunii, anno Domini millesimo octingentesimo secundo, regnorum nostrorum romani decimo, Hungariae, Bohemiae ac reliquorum anno undecimo. Franciscos mp. Comes Carolus Pálffy mp. Alexius Névery mp.“

„Nos Franciscus Primus Divina Favente Clementia Austriae Imperator, Hierosolymae, Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae, Sclavoniae, Galliciae et Lodomeriae Rex Apostolicus; Archidux Austriae, Dux Lotharingiae, Salisburgi, Virceburgi, et in Franconia; Magnus Dux Cracoviae; Magnus Princeps Transylvaniae; Dux Styriae, Carinthiae, et Carnioliae, superioris et inferioris Silesiae; Princeps Berchtoldsgadenae et Mergenthemii; Comes Habsburgi etc. etc. memoriae commendamus tenore praesentium significantes quibus expedit universis: Quod nos pro solita nostra in Deum pietate, maiorique et religionis, et rei literariae incremento, iureque nostro apostolico, beneficia ecclesiastica tum saecularia, tum regularia, necessitate, aut utilitate reipublicae exposcente, uniendi, aut dismembrandi abbatiam B. M. V. de Pilis et Pásztó, ad sacrum, et exemptum ordinem Cisterciensem spectantem, et in Archidioecesi Agriensi, adeoque sub iurisdictione sacrae regni nostri Hungariae coronae existentem. Cum eiusdem sacri ordinis abbatia B. M. V. de Zircz dioecesi Veszprimiensi ingremiata, quam a multis retroactis annis ordinis aequae Cisterciensis abbates Henrichovienses in Silesia Borussica titulo pignoris, adeoque iure duntaxat temporaneo tenuerunt; ac tum ideo, cum etiam ex eo, quod abbatia Henrichoviensi per regimen Borussicum subinde sublata, ac ipso etiam abbate Henrichoviensi Constantino Gloger, qui abbatibus titulum abbatiae quoque Zirczensis hactenus retinebat, fati functo, iam eo ipso omnis conventus Zirczensis a memorata Henrichoviensi abbatia dependentia, et cum illa nexus et communicatio cessaverit, modalitate inferius uberius expressa ita uniendam, et coniungendam clementer decrevimus, ut

duo hi Zirczensis nempe et Agriensis conventus, licet hactenus ab invicem independentes in unam eandemque familiam iunctis viribus plus emolumenti allaturam, sub uno eodemque abbate coalescant. Spectatis praeterea eximiis animi dotibus, et qualitatibus fidelis nostri venerabilis, ac religiosi Antonii Dréta, sacri et exempti ordinis Cisterciensis monasterii de Pilis et Pásztó titularis abbatis, nec non abbatae B. M. V. de Zircz administratoris, memoratas binas abbatias B. M. V. de Zircz, nec non Pilis et Pásztó, velut effective vacantes autoritate iuris patronatus nostri regii, quod generaliter in conferendis omnibus antelati regni nostri Hungariae et partium ei adnexarum ecclesiis, et earum beneficiis, instar divorum quondam Hungariae regum, nostrorum videlicet gloriosae reminiscentiae praedecessorum optimo iure habere et exercere dignoscimur, Eidem Antonio Dréta cum cunctis dictarum abbatiarum bonis ac iuribus temporalibus, ad ipsas de iure, et ab antiquo spectantibus et pertinere debentibus, vigore benignarum collationum nostrarum literarum sub hodierno aequo dato emanatarum, ea ratione clementer contulerimus, ut abbatia Zirczensis cum Abbatia B. M. V. de Pilis et Pásztó in unum corpus conflata, denominationem a principali conventu Zirczensi sortiatur, utve abbas B. M. V. de Zircz, Pilis et Pásztó obligationes in praesenti abbatiarum unionis diplomate contentas ad amussim explere, et dependenda dependere teneatur, sitque obstrictus, eo ceteroquin suapte intellecto, quod is e commassatis utriusque conventus redditibus competenti in victu, vestitu, suppellectili, et servitio provisioni suae tantum, quantum religiosa modestia admiserit, et necessitas exegerit, consciis pro more, et disciplina sacri ordinis religiosis, applicare possit; ceterum praeter obligationes, quae abbati ex instituto sacri ordinis incumbunt, tenebitur is etiam peculiariter invigilare, qualiter directores, at professores, exhortatores, et catechetae scholarum gymnasialium, in quibus coniunctarum antelatarum abbatiarum religiosi scholas tradituri sunt, officii suis in educanda, et formanda iuventute satisfaciant, defectibus, si quos adverterit, actutum occurrere, iis, quos haud satis idoneos compererit, a cathedra semotis, alios aptiores substituere, conventus et familias horum religiosorum, ubi scholas tradituri sunt, frequentius visitare, ac, ut nullibi a sacra disciplina deflectatur, zelose, seduloque curare, prout et ad illorum etiam, qui in bonis conventus Zirczensis curae animarum expositi sunt, mores, et conversationem iuncta cum dioecesana superioritate opera, vigilantiam suam extendere. Et siquidem utraque antelatarum abbatiarum separatas obligationes sibi impositas habeat, et quidem Zirczensis : a) Scholam capitalem

nationalem Veszprimiensem administrandi, **duo gymnasia, signanter Albense, ac Quinquéecclesiense, vigore alterius benignae resolutionis nostrae regiae curae, et instjtutioni eiusdem conventus attributa idoneis doctibus et directoribus providendi,** b) Titulo fortificatorii quotannis mille septingentos sexaginta novem fflorenos, triginta sex crucigeros solvendi; c) Pauschalem Quottam annue fundo religionis in octodecim mille ducentis triginta florenis, viginti quatuor crucigeris pendendi — Pilis-Pásztóviensis vero regularem conventum Agriae formandi, ecclesiam omni illo, quod sub patribus abolitae societatis Jesu viguit, divino servitio providendi, scholas denique gymnasiales Agriae gratuito docendi; hinc obligationibus his porro quoque eosque, donec circa easdem, nominatim circa summas ad fundum fortificatorii aequae, ac ad fundum religionis annue inferendas nobis aliud benigne disponere visum fuerit, in suo vigore relictis, abbas curae sibi habebit, ut eaedem ad amussim expleantur. Ordinariam porro abbatis residentiam in conventu Zirczensi, velut potiori, et numerosioribus religiosis intertenendis propter bonorum viciniam commodiori clementer defigimus ea ratione, ut tam conventum Agriensem, quam etiam alias, ubi religiosi unitorum conventuum horum scholas gymnasiales tradituri sunt, residentias frequentius visitare sit obligatus: Quoad susceptionem porro iuvenum ad sacrum hunc ordinem Cisterciensem, providae abbatis dispositioni relictum esse volumus, ut aptiores iuvenes, praeminus idoneis, sive illi districtuum partium Tibiscanarum, sive Danubianarum sint, ibi, ubi se adolescentes insinuaverint, seu per ipsum, seu per alios, quibus negotium suscipiendorum candidatorum commiserit, adoptentur. Locum vero pro novitiatu Zirczium ubi et maior religiosorum horum numerus, et commodior plures intertenendi modus est, et novitii coram oculis, et sub vigilantia abbatis sui magis etiam in bonos, et exemplares religiosos formari possunt, benigne destinamus, et siquidem antelatae duae abbatiae ita unien- dae sint, ut sub uno abbate, unam, eandemque familiam religiosam constitu- ant, hinc religiosi huius ordinis professionem non ad distinctum conventum, sed ad unam eandemque coniunctam abbatiam B. M. V. de Zircz, Pilis et Pásztó dicendam, et huius unitae abbatiae abbati obedientiam vovendam ha- bebunt ita, ut ad iussa, et vocem abbatis, ad quemcunque conventum missi fuerint, ire obligentur, et vicissim ipsos, dum consenescentes amissis viribus, morbisque afflicti nulla servitia praestare potuerint, quiscunque conventus, prout nempe abbas disposuerit, intertenere teneatur, eo ceteroquin ex ipsa indole unionis harum utriusque ordinis abbatiarum prout et professionis re-

ligiosae esto ante unionem elicitaе suapte profuente : Quod religiosi iam professi, qui legitimo suo abbati, sive Zirczii, sive Agriae obedientiam voverunt, utraque abbatia in unam nunc conflata legitimo utriusque successori in omnibus parere, et quam quisque eorum destinationem nutu abbatis sive Zirczii, sive Agriae, sive Albae, aut Quinqueecclesiis acceperint, incunctanter conformare obligentur. Ita etiam benigne annuimus, ut memorata coniuncta abbatia Zirczii propria studia habeat; abbas nihilominus tenebitur duos ad minus sui ordinis clericos in seminario generali Pestiensis, tres vero in collegio Pázmániano Viennensi suo sumptu constanter intertenere, qui successu temporis absoluto in Caesareo Regiis universitatibus theologiae cursu, susceptisque gradibus domum reversi, theologicas disciplinas in lyceo monastico profiteantur. Quemadmodum porro praecipuum horum conventuum in unam abbatiam iam conflandorum officium deinceps futurum est, iuventutem in gymnasiis ipsis assignandis instituere, ita clementer praecipimus, ut finitis studiis philosophicis et theologicis illi, quos abbas scholis tradendis praeter caeteris magis idoneos iudicaverit, uno ad minus anno grammaticales, et humaniores classes sub magisterio unius emeriti, et insigniter instructi professoris repetant, quo hac ratione bene formati semper adsint, qui subinde scholis docendis iuxta dispositionem abbatis, cui occasione cuiusvis mutationis professorum mutua eatenus cum supremo districtus literarii direttore fovenda erit cointelligentia, admoventi valeant. Praeterea in id quoque adnendum erit, ut in quovis loco, ubi saepefatae binae coniunctae abbatiae scholas gymnasiales tradendas nanciscuntur, in quantum possibile fuerit, distincti sint a priore, vel superiore directores, nullo alio, quam directoralis officii munere occupandi, utve Agriae iidem religiosi etiam scholas normales sub eodem tecto cum gymnasialibus doceant, ea quidem lege, ut id, quod nunc civitas Agriensis duobus saecularibus professoribus scholarum normalium pendit, conventui cedat. Munus praeterea exhortatoris ibidem distinctum a professoribus individuum gerat, pro catecheta normalium scholarum vero quopiam e professoribus deputari queunte. Ad promovendum porro cultum divinum sacri instituti benigne volumus, ut hic cum praescripto pro iuventute scholastica ordine omni possibili ratione conciliatur, et diebus dominicis, ac festis conciones hungaricae, et germanicae tam Zirczii, quam etiam Agriae ad populum dicantur, et chorus Zirczii exacte servetur. Cum autem obligatio haec quoad chorum pro hic et nunc in conventu Agriensi, velut paucioribus individuis, iisque doctone scholarum potiori parte occupatis expleri



vix possit, hinc zelo, et providentiae abbatis relictum sit, ut etiam Agriae, esto non quotidie, ad minus certis solennioribus anni diebus, cum primis si ibidem successu temporis religiosorum numerus increverit, officium divinum choraliter decantari procuretur; curabit praeterea abbas, ut cura animarum per conventum Zircensem in quatuordecim locis dominio suo terrestri subjectis exercita, relate ad praefatas quatuordecim parochias porro etiam administretur. Ceterum, **ut ambo conventus Zircensis quippe et Agriensis obligationibus suis ex instituto, et disciplina rite satisfacere possint, numerum religiosorum in conventu Zircensi habitantium inclusis etiam illis, qui in duobus gymnasiis, Albaregalensi nempe, et Quinqueecclesiensi scholas tradituri sunt, nec non novitiis, studentibus, ac repetentibus, demptis tamen quatuordecim individuis curae animarum expositis, et alioquin suis parochialibus redditibus provisus in quinquaginta.** — **Conventus Agriensis vero in quindecim individuis clementer defigimus ea ratione,** ut his quoque ita, prout Zircensibus administratio oeconomiae in bonis ipsis extra claustrum interdicta sit per saeculares oeconomicos officiales in bonis utriusque conventus cum maiori fructu, et conservatione disciplinae religiosae tractanda, adeoque in locum trium individuorum ad conventum Agriensem spectantium hactenus in administratione bonorum accomodatorum, duo professores normalium scholarum, ac unus p. provisor pro adiutorio abbatis in regimine bonorum, prioris vero in administranda oeconomia domestica substituantur. Directionem demum utriusque unitae abbatiae iurium, et bonorum abbati praeposito modo per nos clementer nominato benigne delatam habere volumus ita, ut is in utroque conventu pro adiutorio suo p. provisorem ad nutum et iussa eiusdem abbatis, dum et quando necessum esse iudicaverit, tam ad bona excursurum, quam etiam localibus prioribus in regenda domestica oeconomia operam navaturam habeat. Et quemadmodum Cistercitae Agrienses, et Zircenses per coniunctionem antelatarum duarum abbatiarum unam familiam religiosam constituent, ita suapte sequitur etiam proventus utriusque abbatiae sub directione, et administratione unius eiusdemque abbatis constitutae commassandos, et ex his utriusque abbatiae necessitatibus providendum, ac tam proventuum perceptionem et erogationum dispensationem a prudenti coeteroquin abbatis directione, et provida oeconomiae manipulatione pendentem, necessitatibus conventuum accomodandam, quam etiam ratiocinia bonorum, ac domestica iuxta sacri ordinis regulas, et praeexistentes benignas resolu-

tiones ducenda, tractandaque esse. Imo abbatiam B. M. V. de Pilis et Pásztó cum abbatia B. M. V. de Zircz praemissa modalitate vigore praesentis benigni diplomatis nostri benigne unimus, et coniungimus, ac tenorem eiusdem per eos, quorum interest, aut intererit, ad amussim observari clementer praecipimus, et mandamus. In cuius maius robur, perpetuamque firmitatem ist hoc benignum unionis antelatarum abbatiarum diploma secreto sigillo nostro, quo ut rex Hungariae apostolicus utimur in pendenti communitum extradandum esse duximus, et concedendum. Datum per manus fidelis nostri nobis sincere dilecti spectabilis, ac magnifici comitis Josephi Erdődy de Monyorókerék, aurei Velleris ac una insignis ordinis Sancti Stephani regis apostolici magnae crucis equitis, montis Claudii, et comitatus Varasdinensis perpetui comitis, prout et arcis, civitatisque eiusdem nominis haereditarii capitanei, camerarii, consiliarii que nostri actualis status intimi, Dapiferorum nostrorum regalium per Hungariam magistri, comitatus Nitriensis supremi comitis, nec non per idem regnum nostrum Hungariae aulae nostrae, prout et dicti ordinis S. Stephani cancellarii, in imperiali urbe nostra Vienna Austriae die decima nona mensis Augusti, anno Domini millesimo octingentesimo decimo quarto, regnorum nostrorum Hungariae, Bohemiae et reliquorum annis vigesimo tertio. Franciscus mp. C. Josephus Erdődy mp. C. Nicolaus Szécsen mp.

Ezen egész terjedelmökben közlött okmányok szerént világos, miszerént a királyilag szentesített kegyben részesített ft. zirc-cisztercita rend kötelezettségévé tétetett három gymnasiumot és pedig Egerben, Székesfehérvárott és Pécsen a szükséges tanerőkkel, u. m. igazgatók-, hitványok-, hitelemzők- s tanárokkal ellátni s hogy ez megtörténhessék még az is meghatározatott, miszerént a rendtagok száma, mely az idézett okmányok másodikában pontosan meg is jelöltetik, olyan legyen, miszerént a ft. zirc-cisztercita rend a tanuló ifjúságot **iuxta praescriptum literarii systematis** nevelhesse és oktathassa!

Amidőn tehát a többször címzett rend az egri és székesfehérvári 6 osztályú középtanodáit 8 osztályúvá átalakította, csak kötelességét teljesítette, jól tudván azt, hogy az idézett alapítványi okmányokban nincs szó al- vagy főgymnasiumokról, az ezekben működő hat vagy 12 tanárról, hanem az alkalmas és megkívántató tanerőkről. Hogy mely okból maradt el ugyanez alkalommal a pécsi hat osztályú tanintézetnek a ft. rend tagjai által nyolc osztályú gymnasiummá való átalakítása? nem fürkészsünk!!! Mi jól tudjuk

hogy a ft. rend igen is érezte kötelezettségét a pécsi nyolc osztályú főgymnasiumra nézve, mert különben 1855/6-ban nem ajánkozott volna a gyöngösi és jászberényi algymnasiumok elvállalására cserében a pécsi gymnasium helyett.

A főnebbiek után úgy hisszük, hogy minden gondolkozó józan eszű férfiú is kimondaná, vajjon a b. emlékü Szepesy alapítványa avagy a ft. zirc-cisztercita rend tartozik-e a pécsi gymnasiumot ellátni? Az elsőt kimondani nem engedi a királyilag szentesített s az adományozási oklevélben foglalt kötelezettség, mert b. eml. Szepesynk alapítványa akkor történt, midőn Pécssett gymnasium létezett s a nagylelkű főpap s hazafi jól tudta, hogy a gymnasiumról *iuxta praescriptum literarii systematis* a ft. zirc-cisztercita rend tartozik gondoskodni mindaddig, míg ez a jog és javadalom élvezésében megmarad. — Évégből bátorkodunk magyar őszinteséggel kimondani, hogy bizony a pécsi nyolc osztályú főgymnasiumról egyedül a ft. zirc-cisztercita rend tartozik gondoskodni s bátorkodunk ismétleni azt, ami a „Pécsi Lapok“ II-od évi folyama 47. lapján olvasható : hogy a b. emlékü Szepesy alapítványa iránt az egész ft. rend csak hálával tartozik, amidőn az 12 éven át a szerzet kötelezettségeit mintegy magára vevén, körülbelül 40—45,000 pft-tal áldozott, csakhogy Pécs gymnasiumát megtarthassa. Mert nem jutottunk-e oda 1855-ben, hogy Pécs az akkori körülmények között még főgymnasiumától is megfosztandó volt volna, ha megyénk kegyes atyja, forrón szeretett főpásztorunk, Girk György ő méltósága arra nem vállalkozik, miszerént a közoktatási ügyéséget személyesen keresse föl, s a veszélyeztetett algymnasium s ezzel kapcsolatban magának a Szepesy-féle alapítványnak is létét magas közbenjárása által nem biztosítja. A lyceumi alapítvány tehát 12 év alatt azt tevő, amit a ft. zirc-cisztercita rendnek a törvény és szentesített kötelezettség értelmében tennie kellett volna.“

Ezek után szabadjon tehát reményünket kifejeznünk, hogy a ft. zirci apát Rezucsek Antal ő nagysága, kit 5 év előtt a közbizalom, a megérdemelt tisztelet és testvéri szeretet s a fejedelmi kegy emelt apáti székebe, Pécs városa igazságos kívánságát minél előbb méltányolva, ezt mindnyájunk öröme kedvező eredménnyel koronázzandja meg. — Jól tudjuk mi azt, hogy érzékenyen sebzette meg a ft. rend minden egyes tagja szívet azon, az akkori kényes körülmények előidézte lépés, mely a ft. rend pécsi házát lefoglalá s a többször nevezett rendtagokat saját lakukból mintegy száműzé. — Érzékenyen fájlaltuk mi ezt hasonlólul s velünk együtt Pécs

városának egész közönsége, mely jelenleg töle telhetőleg mindent elkövet, csakhogy minél hamarább létesíttessék a vágy, a ft. zirc-cisztercita rend vezetése alatt láthatni főgymnasiumunkat.

Záradékkül még van szerencsénk tudathatni a t. közönséggel, hogy a pécsi cs. k. hadmérnöki fiók-igazgatóság s a nm. magyar királyi Helytartótanács értesítette már Pécs városa tanácsát, miszerént a magas cs. k. hadügyi miniszterium 1862-i október hó 7-én 2402. sz. alatt kelt intézvényével az eddig katonai célokra használt pécsi gymnasialis épület visszaadatását elvileg jóvá hagyta. — Ezen átadás azonban tetteleg csak akkor fog eszközöltetni, ha a városi község által mindazon helyiségek biztosíttatni fognak, melyek ezen átadás folytán szükségessé válnának és ha az államkincstár érdekeinek esetleges megóvása tekintetéből az említett épület fentartási és javítási költségeinek kimutatása elkészülend, mely irányban az itteni cs. k. mérnökkari és a pécsi cs. k. állomás-parancsnokság a cs. k. hadi főkormány által már kellőleg utasíttatott. — Ez értesítés következtében még december hóban tek. Nagy József polgármester ur elnöklete alatt, Luzsevics László tanácsnok, ns. Virág Mihály apát, kanonok, nt. Kajdi Imre főgymnasiumi igazgató, Májer Mór zirc-cisztercita rendi áldozár s tanár, Szauter Antal reáltanodai igazgató s t. Loosz Antal, Trixler István, Bors Mátyás és Polgár József városi képviselő urak-, mint választmányi tagokból bizottmány alakíttatott, mely értekezletét megtartva egy bizottmányt nevezett ki, mely a katonai célokra szükséges helyiségekről gondoskodjék, amely bizottmány azonnal sietett ebbeli köteletségének eleget tenni és a katonai kiküldöttséggel a siklói utcában levő Majer Nándorféle házat s az ez épülethez nem messze levő Majer József lakát mint a kívánt célnak megfelelő épületeket az elsőt hat évre évenként 1000 s az utóbbit 3 évre évenként 400 oszt. ért. forintért kibérleni. A bizottmánynak ezen eljárását a városi közgyűlés örömmel fogadta s egyhangulag elhatározta, hogy a város részéről törént eljárást ő méltóságával, a megyés püspök ural és a nagyságos zirci apáttal azonnal tudatja s e nagylelkű pártfogó urakat az ügy kellő támogatása végett tiszteletteljesen fölkéri.

Van tehát reményünk, hogy fensőbb helyről e kezdeményezés kedvező sikerrel eldöntetvén a ft. zirc-cisztercita rend 14 éven át nélkülözött birtokába ismét be fog vezetetni, s itt a város hő óhajtása folytán az egész tanintézetet elvállalandja.

Adja az ég, hogy e néhány szó a pusztában kiáltónak szavaként ne hangozzék el, hanem mielőbb meghallgatva, a siker Pécs városa összes lakosságának szívét örömmre gyullasztza.


Teljes bizalommal járulunk tehát ő méltósága a pécsi püspök, a nagyságos zirci apát urakhoz, a ft. pécsi káptalan s Pécs városa t. közönségéhez s kitárjuk alázatos kérelmünket, miszerént e néhány szót fogadják kegyesen, avagy legalább olvassák oly szívvel, mint a minőből azok fakadtak.

Kelt Pécsen március hó 15-én 1863.


**Egy pécsvárosi polgár.**

20787





E füzetke 500 példányban nyomtatván, eladás végett t. c. **Weidinger Nándor** könyvkereskedő urnak adatott át azon kérelemmel, hogy az eladott példányok árát, ebből a könyvkereskedői 20%-tólit magának levonva, ft. **Kajdi Imre** tudor és főgymnasiumi igazgató urnak kézbesítse oly célból, hogy e csekély összeg a nagy **Szepesy** lyceumi alapítványához csatoltassék, kijelentvén egyuttal, miszerént az ezen füzetet kiadó pécsvárosi polgár a kiállítási költségeket tiszta ügyszeretettől fedezte.



— **Ára 30 kr. o. ért.** —